



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CL. Clemens II. Anno Christi 1046. Henrici III. Imp. 1. Const. Monom. 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

*beratorem, in summum Pontificem elegerunt, & mutato nomine Gregorium sextum vocaverunt. Frisingensem sequuntur Panvinius in Epitome Pontificum Romanorum pag. 55. Baronius ad an. 1044. Ciacconius, aliique. Vide Excursum Historicum Angeli de Nuce ad Leonem Ostiensem loco memorato, inter Scriptores Rerum Italicarum tom. 4. pag. 396. & Thomassinum De vet. & nova Ecclesie disciplina part. 3. lib. 1. cap. 61. §. 1.*

CL.

## CLEMENS II.

ANNO CHRISTI 1046.

HENRICI III. IMP. I. CONST.  
MONOM. 5.

**C**LEMENS II. Saxonicus, antea *Suidgerus*, Episcopus Bambergenis (1) communi Cleri, populi que Romani, & Episcoporum, qui memorato Sutrinio Concilio interfuerant, consilio, in Pontificale fastigium pro vectus est, *quia in Romana Ecclesia non erat tunc talis reperta persona, qua dignè posset ad tanti honorem sufficere sacerdotii.* (2) Natali Christi Domini die inauguratus, ipsa die Henricum Regem, & conjugem ejus Agnetem impera-

Bar. an.

1046. § 1

2. 5.

Pag. § 1. 2

periali benedictione sublimavit. (3) Anno insequente ad extinguendam la-  
 hem Simoniae conventum Romae egit, in quo cum illata esset quaestio, num-  
 ab Simoniano Episcopo initiati de-  
 berent Ordinem retinere, decretum  
 est à Clemente, *ut quicumque à Simo-  
 niaco consecratus esset, in ipso Ordinatio-  
 nis sua tempore non ignorans Simoniacum,  
 cui se obtulerit promovendum, quadra-  
 ginta dierum poenitentiam ageret, & sic  
 in accepti Ordinis officio ministraret.* (4)  
 Idem Clemens unà cum Imperatore  
 iter in Germaniam suscepit. Haud  
 tamen diu mansit in regione ea. Nam  
 anno eodem 1047. regressus, Romae,  
 vel in partibus Romanis VII. Idus  
 Octobr. interiit, mense nono, & die  
 decimo quinto, ex quo Pontifex factus  
 fuerat. Cujus mortui corpus Bam-  
 bergam perlatum est, ibique tumu-  
 larum.

## ANNOTATIONES.

(1) Papebrochius in Paralipomenis ad  
 Conatum Chronico. Historicum pag. 85.  
 ex epistola, quâ Clemens II. Ecclesiam Bam-  
 bergensem de tradito sibi Pontificatu facit  
 certiore, ita colligit: *Videtur factus  
 Pontifex non dimisisse Titulum Episcopi  
 Bambergensis, uti neque paulo post secuti*

O o 3

Victor

Victor II. & Nicolaus II. *dimiserunt Titulum*  
Aistettenfis ac Florentini. Quibus adde Leo-  
nem IX. qui Tullensem Episcopatum, refe-  
rente Baronio ad an. 1094. §. 6. retinuit.  
*Paulum IV.* qui Neapolitanum, & *Bene-*  
*dictum XIII.* qui hâc aetate nostrâ Beneven-  
tanum. Vide annotat. 1. ad Nicolaum II.  
ad Alexandrum II. Alexandrum IV. & Pe-  
trum IV.

(2) Victor III. lib. 3. Dialog. tom. 14.  
Bibl. Patr pag. 854.

(3) Hermannus Contractus in Chron. ad  
an. 1047. apud Canisium Antiquarum Lib.  
tom. 3. pag. 268. edit. Jac Basnage.

(4) S. Petrus Damiani in eo libro, qui ap-  
pellatur *Gratissimus* cap. 35. pag. 58.

In eodem Concilio, ut est apud Hierony-  
mum Rubeum lib. 5. Hist. Ravennat. pag.  
283. oborta inter Antistites Mediolanensem  
Aquilejensem, ac Ravennatem controversia  
quis eorum dexteram tenens Pontifici proxi-  
mus federet, Ravenati causa adjudicata est.

CLI.

DAMASUS II.

ANNO CHRISTI 1048.

HENRICI III. 3. CONST. MO.

NOMACHI 7.

Bar. an. 1048 § 1  
Pag. §. 1. **D**AMASUS II. *Poppo* antea dictus.  
Brixenorum Episcopus, ex Ger-  
ma